



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An Prælati vel Rector Ecclesiæ res seu bona ejusdem oppignoare possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

minorem spectantium, ut ex jure Civili patet; cum ergo Ecclesia gaudeat jure minorum *Cap. primo & tertio de integ. restit.* consequenter etiam bona praelati seu administratoris illi tacite hypothecata erunt, pro mala administratione.

§. III.

Quanam res oppignorari, seu in pignus dari non possunt.

EArum rerum, quæ vendi per se ipsas absolute non possunt, prohibetur etiam oppignoratio, tum quod oppignoratio sit species alienationis, tum quod sit via ad venditionem talis pignoris, si debitor sit in mora solvendi, uti constat *ex Tit. ff. de distract. pign.* & hinc primò, quamvis in bonis Ecclesiæ generalis hypotheca constitui possit, ut ex dictis patet, in tali tamen etiam generali hypotheca non veniunt res sacræ, & suppellex sacra, quæ ad divinum cultum pertinent, nisi gravis necessitas haud etiam rerum venditionem permittrat, aut accessoria ratio aliud jubeat, *Cap. nullus 1. h.* quo tamen in casu propriè jus pignoris in re sacra non habet Laicus, cum per oppignoracionem propriè dictam, jus aliquod in re acquiratur, cujus juris in re sacra Laicus est incapax, sed nuda detentio, donec pecunia debita ei solvatur; secundò oppignorari propriè non potest liber homo, *juxta Cap. lator 2. h. 2.* quamvis in casibus quibusdam capi, & incarcerari possit propter debita, dum eorum solutionem expediat, aut fidejussores constituat. Tertio oppignorari non potest res penitus aliena, quamvis enim hæc vendi possit *arg. Cap. Filius 5. de testam.*

pignori tamen dari non potest, cum venditionem rei alienæ per se non vendens obligata maneat, ad præstandam venditionem, juxta superius dicta, non autem si Creditor rem pignori datam vendat in casu morantis solutionis, ad distulendum sibi debitum.

§. IV.

An Prælatus vel Rector Ecclesiæ res seu bona ejusdem oppignorari possit?

QUod non possit in rebus suæ Ecclesiæ specialem hypothecam constitutare, possit autem generalem, ex superius dictis jam patet, cum per generalem hypothecam non sit tam propriè periculum rei Ecclesiasticæ venditæ, quale est, si specialiter res aliqua certa obligetur. Quod autem pro propriè monij necessitate, aut utilitate, res Ecclesiæ, Prælatus oppignorare non possit, etiam habetur *ex Cap. ex presentium 3. h. 2.* cum pignus constitutum possit, nisi in propriis rebus, res autem Ecclesiæ in dominio, aut proprietas Prælati non sint.

§. V.

An, & quanam fructus pignoris sortem sit computandi; & in quibus casibus computare non debeant?

DEbere creditorem, cui res fructibus in pignus data est, fructus in de percipere, aut quos percipere potuisset, si negligentia ejus intervenisset, in sortem seu solutionem computare, ita ut si tantum ex fructibus percipit, quantum pignus